



Per.  
Lat  
020

Moderator (szerkesztő) ephemeridis JOSEPHUS WAGNER DR. Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. szám (telephon: 68—6—34), ad quem epistulae et manus scripta mittantur.

Administrator (kiadó) ephemeridis ALEXANDER REGENYI, Budapest, VII., Barcsay-utca 5. szám (telephon 49—2—15) ad quem pecuniae quaecunque dirigantur. (Postatak. csekksz. 57.292.)

Prodit Budapestini decies in anno. Pretrum subnotationis an. 1934—35. est pro Hungaria 3 pengő; pro exteris nationibus 4 pengő.

## Summus Pontifex<sup>1</sup> Pius XI.

pro votis<sup>2</sup> ad caput<sup>3</sup> anni<sup>2</sup> archiepiscopo et primati nostro, Iustiniano Serédi gratias agit.


Epistulam Summae Pontificis quartum supra decimum sacri principatus annum prospere auspicantis cum exemplum elegantiae stili Latini insuperabile, tum etiam pro clementia Suae Sanctitatis erga nos Hungaros ex «Epistolis Circularibus» archidioecesis<sup>3</sup> Strigoniensis cum introductione primatis Cardinalis nostri excerptam traditamque nobis a collega reverendissimo, Stephano Pivárcsi lectoribus Iuventutis gratificaturi publici iuris faciendam esse putavimus.

Autographas<sup>4</sup> et benignissimas Suae Sanctitatis litteras, in quibus Sanctissimus Dominus Noster clero<sup>5</sup> populoque huius Archidioecesis apostolicam benedictionem<sup>6</sup> clementissime impertire<sup>6</sup> dignatus est, hisce<sup>7</sup> filiali<sup>8</sup> cum reverentia et devotione<sup>8</sup> publico.

Dilecto Filio Nostro Iustiniano tit.<sup>9</sup> SS.<sup>9</sup> Andreeae et Gregorii in monte Caelio S. R. E.<sup>10</sup> Presbytero<sup>11</sup> Cardinali Serédi, Archiepiscopo Strigoniensi PIUS PP.<sup>12</sup> XI. Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictiōnem.

Pergratae Nobis fuere litterae tuae, per quas quum<sup>14</sup> solemnia<sup>13</sup> Nativitatis<sup>13</sup> Domini instantent,<sup>14</sup> tuam erga Nos observantiam<sup>15</sup> denuo testari et

felicitatis omnibus<sup>16</sup> Nos prosequi<sup>16</sup> voluisti. Quae omnia plane conveniebant sacratissimo illi tempori, congruebant animi tui religioni ac respondebant omnino votis Nostris, qui nihil magis cupimus, quam ut veritati et iustitiae suum imperium, auctoritatidebitum<sup>17</sup> obsequium,<sup>17</sup> et, legibus<sup>18</sup> humanis cum divinis apte<sup>18</sup> consentientibus,<sup>18</sup> humanae societati tranquillitas restituatur. Quum haec omnia tibi Dilecte Fili Noster, in eo munere quo fungeris



<sup>1</sup> pápa <sup>2</sup> újévi jókívánság <sup>3</sup> érsekség <sup>4</sup> kézirat <sup>5</sup> papság <sup>6</sup> áldását adni <sup>7</sup> ezennel <sup>8</sup> fiúi hódolat <sup>9</sup> titulari Sanctorum = szentekről elnevezett <sup>10</sup> Sanctae Romanae Ecclesiae <sup>11</sup> áldozár <sup>12</sup> pápa <sup>13</sup> születési ünnep (karácsony) <sup>14</sup> alkalmával <sup>15</sup> engedelmesség <sup>16</sup> kívánságokkal felkeres <sup>17</sup> köteles tisztelet <sup>18</sup> a törvények teljes megegyezéséből származó (nyugalom).



proposita<sup>19</sup> sint tuasque sibi curas<sup>20</sup> vindicent, <sup>20</sup> non modo tua omina, sed operam quoque et industriam<sup>21</sup> tuam, quam pro virili parte in rebus<sup>22</sup> gravissimis impendis,<sup>23</sup> magnopere gratam et iucundam<sup>24</sup> habemus.<sup>24</sup> Mutuam<sup>25</sup> autem vicem<sup>25</sup> rependentes<sup>25</sup> tuae dilectionis officio,<sup>26</sup> Deum ex animo adprecamur, ut ea omnia, quae ad bonum archidioecesis tuae et universae Hungariae vehementer<sup>27</sup> exoptas, omnipotenti sua ope<sup>28</sup> lagiri<sup>29</sup> dignetur. Horum interea caelestium donorum conciliatrix<sup>30</sup> et praenuntia<sup>31</sup> ac praecipuae caritatis Nostrae testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, cunctoque clero et populo tibi tradito et dilectae Hungariae nationi peramanter<sup>32</sup> in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die X. mensis Januarii, anno MDCCCCXXXV. Pontificatus Nostri tertio decimo.

PIUS PP. XI.

Strigonii, die 31. Januarii 1935.



Archiepiscopus Cardinalis Iust. Serédi.

<sup>19</sup> szem előtt tartod <sup>20</sup> gondot fordítasz rájuk  
<sup>21</sup> fáradozás <sup>22</sup> körülmények között <sup>23</sup> kifejt <sup>24</sup> megelé-  
 gedéssel tölt el <sup>25</sup> viszonzásképpen <sup>26</sup> nyilvánítás <sup>27</sup> hőn  
<sup>28</sup> kegyelem <sup>29</sup> megad <sup>30</sup> eszközlő <sup>31</sup> előhirnök, jel  
<sup>32</sup> szerető szivvel.



**Puteus<sup>1</sup> atrebaticus<sup>1</sup> Fori<sup>2</sup> Castori-  
campestris.<sup>2</sup>**

Dominus Andreas Joannes de genere Nagy, homo ditissimus legatum<sup>3</sup> usui civibus Fori Castoricampestris destinare decrevit. Ergo ad praefectum urbis ivit et : «Quid faciam — inquit — pecuniā meā?» — Ille respondit : Faenus<sup>4</sup> capit is divide quotannis discipulis optimis!» — «De hac re agendum esse cum uxore puto» — dixit Andreas Ioannes Nagy, et abiit. Paucis post diebus ad praefectum urbis rediit.

«Paretisne mihi suadenti?»<sup>5</sup> interroga-  
 vit praefectus urbis. — «Non, praefecte  
 urbis — inquit — Andreas Ioannes Nagy. —  
 Cum uxore decrevimus nihil discipulis dare,  
 sed curare, ut puteus media urbe terebrā<sup>6</sup>  
 excavaretur.<sup>6</sup> Litterarum<sup>7</sup> studiis<sup>7</sup> iam  
 saepe mens hominum perturbata est, sed  
 aquā purā nullius unquam!» Et vere puteum  
 atrebaticum excavari iussit.

*Thomas Bruck*  
 disc. V. cl. gymn. inst. prof.  
 erud. adjunct.

<sup>1</sup> artézikút      <sup>2</sup> Hódmezővásárhely      <sup>3</sup> alapítvány  
<sup>4</sup> kamat      <sup>5</sup> tanács      <sup>6</sup> fúratni      <sup>7</sup> tanulás.



Semper ita vivamus, ut rationem<sup>1</sup> red-  
 dendam<sup>1</sup> nobis arbitremur. (*Cic. In Verr.*  
*II. 2., 11., 28.*)

Omnia, quae vindicaris<sup>2</sup> in altero, tibi  
 ipsi vehementer fugienda sunt. (*In Verr.*  
*II. 3., 2., 4.*)

Sapiensissimum esse dicunt eum, cui,  
 quod opus sit, ipsi veniat in mentem;  
 proxime accedere illum, qui alterius bene  
 inventis obtemperet.<sup>3</sup> (*Pro Cluentio 31., 84.*)

<sup>1</sup> számot adni      <sup>2</sup> megtorol      <sup>3</sup>-hoz igazodik, szabja  
 magát.

Forte princeps quondam cum sorore inupta<sup>24</sup> Maria team bibebat. Aliquot amicæ principissæ, quæ unā aderant, puellari<sup>25</sup> lasciviā<sup>25</sup> inductæ temptabant,<sup>26</sup> quæ panem<sup>27</sup> siligineum<sup>27</sup> acinis<sup>28</sup> passis<sup>28</sup> confertum<sup>29</sup> unā buccē<sup>30</sup> devorare possēt. Iam certamen incepérat et quattuor puellæ et principissæ iam ora<sup>31</sup> referserant,<sup>31</sup> cum foribus apertis rex intravit. Confestim omnes surrexerunt atque puellæ, ut mos erat, adorantes<sup>32</sup> genua flexa<sup>32</sup> submiserunt.<sup>32</sup> Genæ<sup>33</sup> puerarum a pane sili-gineo et risu compresso paene dirumpebantur. Res<sup>34</sup> prospere<sup>34</sup> cessissent,<sup>34</sup> nisi princeps, qui prope stabat, principissæ latus digito vellicas-set,<sup>35</sup> ita ut principissa præ pavore paene totum panem devoraret et paene suffocaretur. Multā teā et pulsatione<sup>36</sup> opus erat, ut principissa reficeretur. Rerum scriptores memoriae non prodiderunt, quomodo principissa fratrem ulcisceretur, verum haud dubium est, quin ultionem exsecuta sit.

\*

Rumoribus, qui de suo coniugio differuntur, maxime oblectatur. Cum iter per Americam faceret, quotiescumque conclave<sup>40</sup> secretarii ingressus esset, cotidie ex eo quaerebat, quaenam esset puella sibi desponsa.<sup>41</sup> Princeps habet album, cui imagines feminarum, quas sibi coniunctas<sup>42</sup> esse famā acceperat, insertae sunt.

Habet alterum quoque volumen, cui index<sup>43</sup> inscriptus est: «Res, quas neque dixi, neque feci» quod cum risu ostendere solet. Eodem volumine continentur excerpta<sup>44</sup> diurnorum<sup>45</sup> omnium res falsas referentium, quae typis<sup>47</sup> descriptum<sup>47</sup> iri, nulla spes est.

\*

Princeps, sicut omnes Angli, narratiunculas obscoenas<sup>48</sup> respuit.<sup>49</sup>

Cum centurio<sup>50</sup> inferioris<sup>50</sup> ordinis<sup>50</sup> apud Cohortem<sup>51</sup> Vallensem, mereret<sup>52</sup> temporibus decursionū<sup>53</sup> campestrium<sup>53</sup> in cenatione<sup>54</sup> praefectorum<sup>54</sup> militarium<sup>54</sup> sederet, quidam praefectus<sup>55</sup> adulescens,<sup>55</sup> qui bene cenasse videbatur, «Sodales, inquit, bellissimas audivi narratiunculas, quae quia, feminae absunt...»

«Feminae quidem, interfatur<sup>56</sup> eum princeps, absunt, sed adsunt viri<sup>57</sup> nobiles<sup>57</sup> et honesti.»<sup>57</sup>

<sup>24</sup> hajdon <sup>25</sup> lányos pajkosság <sup>26</sup> próbat tettek  
<sup>27</sup> zsemlye <sup>28</sup> mazsola <sup>29</sup> megtöltött <sup>30</sup> nyelés <sup>31</sup> szájukat

teleötmték <sup>32</sup> mélyen meghajolva bőkoltak <sup>33</sup> arc <sup>34</sup> sikerült volna <sup>35</sup> böködte <sup>36</sup> dögönyözés <sup>37</sup> végrehajtotta <sup>38</sup> házasság <sup>39</sup> terjesztetne <sup>40</sup> szoba <sup>41</sup> eljegyezték <sup>42</sup> összeköttetésbe hozták <sup>43</sup> felirás <sup>44</sup> kivágások <sup>45</sup> ujság <sup>46</sup> adnak hírül <sup>47</sup> kinyomatatni <sup>48</sup> pikáns adomákat <sup>49</sup> elutasítja <sup>50</sup> alantás tiszt <sup>51</sup> testőrség <sup>52</sup> szolgált <sup>53</sup> hadgyakorlat <sup>54</sup> tisztséti kezű <sup>55</sup> fiatal tiszt <sup>56</sup> félbeszakítja <sup>57</sup> gentleman.



### Solutiones aenigmatum numeri VI.

1. Grammatici certant et adhuc sub iudice lis est.  
(Ars poët. 78.)

2. Tecum Philippos et celerem fugam  
Sensi relicta non bene parmula.  
Cum fracta virtus et minaces  
Turpe solum tetigere mento. (Carm. II. 19,  
9—12.)
3. Carmina non prius audita Musarum sacerdos  
canto. (Carm. III. 1, 2—4.)
4. Virtus repulsæ nescia sordidae  
Intaminatis fulget honoribus  
Nec ponit aut sumit secures  
Arbitrio popularis aurae. (Carm. III. 2, 17—20.)

**Aenigmata recte dissolverunt:** Budapestinum:  
Steph. Müller, Rud. Adám, Iul. Klupáty, Osc. Stern, Osc. Wagner (rg. Arpad), class. VII. B., (thg. P. Veres) Lad. Pokoly (rg. Verböczy), Magdalena Fajcsek, Marianna Renner (Sophianum), Ioannes Munk, Alex. Losonczi, Car. Bácskai, Andr. Dózsi, Val. Balassa, Steph. Neuwald, Zolt. Jász, Nic. Szakolczay (gymn. inst. prof. erud. adiunct.). — Dombovár: Ged. Bogosich. — Miskolc: Lad. Bubnó, class. VII. A), VIII., Steph. Lukáts, Bened. Jenőffy, Jos. Csortán, Corn. Kölner, Geysa Marót (gymn. cath.). — Nagykaniza: VIII. cl., Ios. Révay. — Nagykálló: Ioan. Bereczky, Steph. Kormos, Alex Tölgyesi, Steph. Magyar, Barn. Gajdos, Steph. Birtha, Franc. Siposs, Lud. Tarpay. — Aenigmata numeri V. sero dissolvit: Lad. Pokoly (Budap., rg. Verböczy).

Premium sorte Iosepho Révay, Valentino Balassa, Ladislao Pokoly et VIII. classi Miscolciensi obvenit.

1.

### A R S : VITA

2.

Litigans [3 X tiusgaud &] Litigans.



Anna amicas invitavit. Multae aderant<sup>1</sup> et usque ad tempus<sup>2</sup> merendandi<sup>3</sup> varios ludos ludebant. Tum mater Annae ad filiam : «Fer poma<sup>3</sup> amicis !» Anna abit et brevi tempore apparet<sup>4</sup> cum canistro<sup>5</sup> pomorum. Matri interroganti, quot poma et quot amicas haberet, respondit: «Si unicuique<sup>6</sup> amicarum quinque poma dare vellem, uni ex iis nullum dare possem; si autem unicuique quattuor poma dabo, mihi quoque restabunt<sup>7</sup> duo poma. — Quot amicas et quot poma Anna habuit? Alexius Czuppon.

<sup>1</sup> megjelentek <sup>2</sup> uzsonnайдő <sup>3</sup> alma <sup>4</sup> megjelen <sup>5</sup> kosár  
<sup>6</sup> mindegyik <sup>7</sup> marad.

## 4.

Dissolvendum ad saltum equulei.

La	mu	fo	n	pa
li	to	ca	s	et
au	tet	ra	o	le
vi	is	bo	us	ne
ar	re	mi	et	re


Solutio versus Vergilii dat.

Barbara Medveczky  
disc. VII. cl. thgymn. Veres Pálne.

## 5.

O        quid        tua        te  
be        bis        bia        abit

nam rarara es & in ramramram ii



Auctor «Scholae Orbili» rogat discipulos, qui eas scaenulas acturi sunt, ut Prologum ita agant:

Duplēx erit fabella haec,  
quam nōs actūri núnc sumus.  
Nam fābulast in fābulā.  
Schöläm prōbi Orbili  
«plágosi» vos vidébitis.  
Horatiūm dōcēt senex  
eiūsque condiscípulos.

Agétur dein in hác schölä  
ā párvulis actóribus  
dē dūri Brūti filiis  
«morāta rectē» scaénula.

Eiusdem fābulae auctor nuntiat: in vetere Prologo «Scholae Orbili» vocābulum *togatam* utique dēlendum esse. Corrigenda numeri 6. (1935. Febr.) pag. 57. pro *emendas*: legibus emendes est legendum — pro *extulissit*: extulisset — pro *maxime*: maxima commendatio — pag. 58. pro *vivis*: viris aequē ac iuvenibus — pro *sapientiae*: de sapientia — pag. 60. pro *invenien* (supra imaginem Tiburis): invenient — pro *deesssent*: apta verba deessent — pag. 64. pro *dictio*: dicto — pro *vellent*: velint.

G. Boros. Oblectamenta accepi. Opuscula prelo destinata in altera tantum pagina papyri, adnotaciones autem non intra, sed infra textum scribere memento. — A. Gombos. Fragmentum proxime publicabitur. — A. Czuppon. Stereotypa imaginum typis fasciculi VII. diremptis officina typographica Tibi mittet. — C. Ács. Iocos reguli Valliensis suo tempore accepi. Narratiuncula autem Sigismundi Móricz, quoniam duo simul narrationes longiores inceptae per partes tantum publicari possunt, finita fabulā Grimmianā prodibit. Laudatio Francisci Rákóczy fasciculo proximo destinata est. — Frid. Orlovszky. Nonnulli iocorum tuorum in ephemeride nostra iam publicati sunt. Ceterum opusculis non Hungarice, sed Latine scriptis opus est. — I. Vattamány. De domicilio tuo mutato administratorem certiore feci. Salse dicta, quae in altera tantum pagina scrinere debebas, tempore prodibunt. — V. Kós, G. Weisz, L. Pokoly, G. Keller. Cum magna multitudine iocorum, aenigmatum aliarumque nugarum similiū ex scrinio moderatoris «Vertumnū Ianumque spectare videntur», nil nisi patientes vos esse iubere possumus. — M. Renner. Epistolam, quod ad grammaticam attinet, parum accurate compōsuisse videris. Nolim enim credere exempli causa te non posse corrigere hoc: «ignoscat mora». Solemnitatibus scholarum Horatianis moderator, si invitatur, aut ipse aut vicarius libenter adesse solet. — Dr. Philips. Litteras tuas administratori tradidi, qui specimina statim misit. Sed ego quoque mox litteras privatas ad Te dabo. — De reliquis litteris proxima occasione.

Conclusio 8. numeri adornandi Non. Apr. (5. die Apr.)

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-scholarium Catholicorum. — A. Katholikus Középiskolai Tanáregyesület költségén.  
(Praeses: DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)